

F. H.  
118  
25

II h  
13

X 186 0721

# POMUM ERIDOS

i. e.

## CERTAMEN NATIONUM PULCHRITUDINIS AC PRÆSTANTIÆ LAudem SIBI VINDICANTIUM IN AUDITORIO MAJORE

horâ consueta

oratione Latina exponendum

indicit

M. GEORGIUS ANDREAS Vinhold / RECTOR.

Cygneæ Literis Büschelianis.

BIBLIOTHECA  
ANAVIANNA



Illuxerat tandem sperata diu atq;  
exoptata dies, qua Peleo, præstantis ingenii viro, si-  
mul & Thetidi, singularis exempli sceminae, ster-  
nendus erat genialis lectus, indulgendumq; genio;  
ut hilaritas nuptialis non tam ex consuetudine,  
quam in prosperitatis conjugalis omen instituta vi-  
deretur. Convenere hic omnes, quos cælum te-  
nebat, Dii, Deæq;ve, nec quisquam desideratus  
ex omni numero fuit, præter contentionis Deam, quam Græ-  
ci Erida appellarunt. Ecquid enim cum Discordia commercii fo-  
ret honestæ voluptati? At illa, sicut nunquam cessat disseminare virus  
suum, mentem malignam in dolum intendens, ad rumpendum concor-  
diæ vinculum litesq; ferendas, illico excogitavit id, quod ob figuram per-  
fectiorem Plato pulcherimum existimavit, (a) pomum. Utque tanto  
magis proritaret in æmulationem animos, ac mulieres imprimis, quas  
venerationis suæ delicatissimum titillare sensum noverat, specie fallaci  
inflammaret invicem, inque decus sui vehementius incenderet: verba  
in scriptis dono: ἡ καλὴ λαβέτω i.e. PULCHERRIMA ACCIPIAT, DE-  
TUR PULCHERRIMAE. (b) Pulchritudinis naturam qui indaga-  
runt, apud eos nondum ad liquidum ratione perductum apparet, quid  
efficiat id, quod oculos nostros tanquam formosum, tanquam Venere  
amabili nos alliciens haberi dicique mereatur. Eloquentiæ Roma-  
næ Princeps tum demum formam omnibus numeris absolutam  
fieri autumat, si omnes partes lepore quodam inter se conveniant.  
(c) Alios diversa sentientes consulto nunc prætereo, & optimum dicen-  
di magistrum non minus pro optimo judicandi autore amplexus, ad  
Tullianam Philosophiam paulisper illustrandam, affirmare non vereor:  
pulcherrimum, quicquid cum divina, quantum in hanc imbecillitatem ca-  
dit, perfectione congruit; quæ omnes omnium formas excellenter su-  
perat longe, & post se relinquit. Nullus enim locus existit, nullum  
cogitari tempus potest, nulla res in rerum natura cernitur, nemo deni-  
que hominum anima fruitur, ad quem non divinæ pulchritudinis velut  
radii copiosa luce & mirabili cum abundantia dimanent. Sane quod  
res omnis perfectissimum intendat: quod in usum salutarem dispensari  
se patiat: quod sua forma, dispositione, bonitate, virtute, magnitudi-  
ne, subtilitate, figura, efficacia, ordine, ornamento, stabilitate, vi, copia,  
lumine, splendore, pretio, fructu, perpetuitate rationis capaces animas  
in admirationem rapiat: id vero aliunde non proficiscitur, nisi a for-  
mosissimi exemplaris sui, unde efficta est, vestigiis. (d) Vidit hoc  
B. Abbas Clarevallensis, vitæ & moribus venerabilis, religionis ordinis  
conspicuus, scientiâ literarumq;ve scientiâ præditus, signis & miracu-  
lis clarus; (e) ille, cujus meditationes rivum paradisi, ambrosiam ai-  
marum, pabulum Angelicum, medullam pietatis vocare solitus est  
Dan. Heinsius, Bernhardus; dum in verba Cantici כַּאֲרֵי תִּירֵס כְּתוּרִים  
Pulchra sunt genæ tuæ, sicut turturis, ut vulgata vertit, ita commentatur:  
cogita animæ faciem mentis intentionem, ex qua nimirum rectitudo operis, sicut ex facie  
pulchritudo corporis estimatur. Porro verècandiam intellige tanquam colorem in facie,  
quod hæc potissimum virtus & venustatem ingerat & augeat gratiam. Genas dicit, non ge-  
nam, quia duo quadam in intentione, quam faciem animæ esse diximus, necessaria requirun-  
tur: res & causa, i.e. quod intendas & propter quid. Ex his sane duobus animæ vel decor  
vel deformitas iudicatur, ut v.g. animæ, quæ ambo ista recta atque pudica habuerit, illi  
merito veraciterque dicatur: pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis. Quæ vero altero horum  
caruerit, non poterit dici de ea, quod pulchra sint genæ ejus, sicut turturis, propter tam  
quæ

que adhuc ex parte erit, deformitatem. Multo autem minus illi hoc poterit convenire, que neutrum horum habere laudabile invenitur. Si v.g. intendat quis animum inquirenda veritati atque id solo veritatis amore, nonne istibi videtur & rem & causam habere honestam, meritoque sibi vindicare, quod dicitur: pulchra sunt genae tuae sicut turturis; quippe cui in neutra genarum nevis reprehensionis appareat? Quod si minimè quidem veritatis desiderio, sed aut inanis gloriæ aut alterius qualiscunque commodi temporalis obtentu in veritatem intenderit, jam & si unam genarum videatur habere formosam, non tamen, ut arbitror, dubitabis judicare vel ex parte deformem, cujus alteram faciem causa turpitudine fœdaverit; Illos, quorum DEUS ventere est & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiant, nonne ex utraque parte fœdissimos judicabis, in quorum utriusque intentione & res & causa reproba invenitur. Ergo intendere non in DEUM, sed in seculum, secularis anime est, nec ullam prorsus genarum speciosam habentis. (f) Primas igitur anima ita pulchra ferat; secundas formosus animus, qui lucidum illud, quod in forma spectatur, tunc undiquaque diffundit, quando sanæ rationi, bonis moribus & sapientium virorum placitis sese conformat. Bene Romanus orator; eorum ipsorum, inquit, que ad spectu sentiuntur, nullum aliud animal præter hominem, pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit. Quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandum putat, cavetque ne quid indecore effœminateque faciat. (g) Hæc qui recte secum perpendit, siquidem formæ nitorem ipsi natura dederit, in Socratico se quotidie speculo contemplatur, ut vultum ornet honestis moribus; cui è contrario faciem venustate commendabilem denegaverit: deformitatem splendore virtutis nobilitet. Tantum enim in vera virtute decus; tanta dignitas sita esse intelligitur, ut si facies honesti oculis usurpari posset corporeis, admirabiles amores excitaret sui. Wolffius idcirco hunc locum dignum judicavit perpetua meditatione, donec tandem oculi mentis aperiantur, quo & stultitiæ & vitiorum fœditatem & virtutis ac sapientiæ pulchritudinem perspiciant, mirentur, amant, omnibus rebus humanis anteponant, & hinc gradu factò ad Dei auctoris horum & largitoris unici admirationem, amorem, sincerumque cultum, qui sit, Christo servatore agnito, spiritu & veritate ascendatur. (h) Quamquam autem ornatus iste internus rarus est & oppido tenuis; dum, ceu ait Chrysostomus, sicut in Europa leones defierunt; ita pulchri istiusmodi defecerunt tempore, & virilis formositas fere omnis periit; quin bellus homo etiam à plurimis ignoratur multo magis, quam pulchelli equi à mulionibus: (i) quilibet tamen bonus tanquam monile baccatum secum circumfert nitorem illum, de quo agimus, atque ut ornamentum vitæ auro contra cariorem æstimat. Nihil est, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. (k) Recte adeo Socrates frequenter in ore habuit, animorum formam magis amandam, quam corporum, eamque voluptatem, quam in nobis conspecta formosa facies excitat, ad longe pulchriorem, sed latentem animi speciem esse transferendam. Verum ut hanc videamus, Philosophicis oculis opus esse. (l) Quis non laudaret Severi Imperatoris jocum mordaci sale conditum, quem in vulgus exhibat gratiam sibi oris ex cibo leporum aucupari. Versiculi in eum confecti ita habent;

Pulchrum - vides esse nostrum Regem,  
 Quem Syrum sua detulit propago:  
 Venatus facit & lepus comesus,  
 Ex quo continuum capit leporem.  
 Audi vero severe & graviter respondentem inter jocos Severum:  
 Pulchrum - putas esse vestrum Regem,  
 Vulgari miserande de fabella.  
 Si verum putas esse, non irascor.  
 Tantum tu comedas velim lepusculos,  
 Ut fias, animi malis repulsis,  
 Pulcher, ne invidias livore mentis. (m)

Quis

FA III 13  
 Quis vero etiam, studio virtutis incitatus, non instigaret ad eandem elegantiam appetendam juvenes, quorum pulchritudo in eo potissimum fit conspicua, si ipsi habeant corpus ad labores sustinendos factum, nec in cursu studiorum suorum aut in lucta vitiorum defatigatione metuve deficient? (n) Liquet exinde animi præstantia; maxime, si iste cultu atque diligentia accuratiore præceptisque saluberrimis excolatur. At neq; minus formosum mihi quisque fateatur esse, quod ad ingenii quandam eminentiam ac fastigium enisum, approbationem apud nos movet & laudem conciliat; in quo natura, quantum efficere possit, experiri speciminibus viresque suas periclitari videtur. Quemadmodum enim venustas allicit ad amandum, dignitas honorem parit & reverentiam: ita indolem in usuras publicas se disponentem ob nativam benignitatem magni ducimus. Sique insuper rectitudo accedat & dexteritas & candor & gravitati permixta comitas moderatioque & heroica illa magnificentia: tunc nescio quid præclarum soleat existere; tunc parvo corpusculo natus Philopæmenes magnus fit, despectus ante ob vilitatem suam Epictetus pro Deo colitur, deformis toto corpore Aesopus in Domini censum venit & instar oraculi per ora civium volitat. Deme à formosa facie, utut muta commendatione, genium; fomitem igni, condimentum cibo, nervum ligno alienis nervis mobili, aut, si fabulas mavis, Cupidini arcum, Mercurio virgam, Pandoræ Minervam sustuleris. Adeo noluit Catullus appellari formosam, quæ venustate & salibus careret, licet singulas corporis partes haberet ad decorem compositas, (o) atque inter formam quæ externa Venere solos incautos falleret, & quæ indole venusta sapientes quoque pelliceret, discrimen ingeniose posuit.

*Quintia, (ait) formosa est multis; mihi candida, longa,*

*Recta est. Hac ego sic singula confiteor.*

*Tantum illud formosa nego. Nam nulla venustas.*

*Nulla in tam magno corpore mica salis.*

*Lesbia formosa est, quæ cum pulcherrima tota est,*

*Tum omnibus unâ omnes surripuit Veneres. (p)*

De pulchritudine animæ, animi, ingenii (Nam cæteras in aliam occasionem differendas non recipit hic scripturæ modus) æque ut de forma corporis inter Venerem, Minervam ac Junonem, Principes Dearum mensæ affidentium, acris inter nationes, & imis defixa radicibus orta olim & hodieq; oritur contentio, singulis palmam aliis præripere cupientibus. In præsentem tantum Lusitanos, Hispanos & Gallos in medium adduxisse sufficiat, idque dicentibus

I. THEODORO MATHESIO, Cygnea - Misnico, qui prologum de indole nationum acturus est.

II. AUGUSTO WINTZLERO, Liebenwerda - Saxone, qui Lusitanorum.

III. HEINRICO JULIO DAUDERSTADIO, Friburgo - Thuringio, qui Hispanorum.

IV. JOH. CHRISTIANO HUNDT, Corano - Misnico, qui Gallorum causam in se suscipiet.

Venerabiles Dnn. Inspectores, Patronos, Amicos cæterosq; nationum investigatores rogamus sedulo ac diligenter quaq; decet modestia, ut juvenes excitati ingenii benevole audire, nostrumque conatum sua præsentia condecorare haud graventur. Nos ad quævis officia vicissim parati sumus. P. P. Cygnea d. 17. Maji 1700.

(a) v. Barth. Advers. p. 274 (b) Lucianus in dialogo Panop. & Galen. Euripid. in Troad. Natal. Com. l. c. 6. mythol. 123. (c) Cic. off. 1. (d) Dionys. Areopag. de divinis nominibus p. 143. (e) Otto. Frising. c. 33. (f) in Cant. 1 sermone 40. (g) off. 1. (h) ad Cic. offic. l. c. (i) orat. 29. de Melancoma. (k) Cic. ep. 14. ad fam. l. 19. (l) Erasim. in apophteg. Zvinger. theatr. vita p. 39. (m) Petr. Crinit. de hon. disc. l. 1. c. 2. (n) Gualterius in ep. 2. l. 2. Horat. (o) Petr. Victor. l. 11. c. 9. var. lect. (p) Catullus epigr. 87.

1077


110



luxerat tandem sperata diu atq;  
 exoptata dies, qua Peleo, præstantis ingenii viro, si-  
 mul & Thetidi, singularis exempli fœminæ, ster-  
 nendus erat genialis lectus, indulgendumq; genio;  
 ut hilaritas nuptialis non tam ex consuetudine,  
 quam in prosperitatis conjugalis omen instituta vi-  
 deretur. Convenère hîc omnes, quos cœlum te-

...eâqve, nec quisquam desideratus  
 contentionis Deam, quam Græ-  
 nim cum Discordia commercii fo-  
 nunquam cessat disseminare virus  
 intendens, ad rumpendum concor-  
 excogitavit id, quod ob figuram per-  
 stimavit, (a) pomum. Utque tanto  
 nimos, ac mulieres imprimis, quas  
 llare sensum noverat, specie fallaci  
 ni vehementius incenderet: verba  
 ULCHERRIMA ACCIPIAT, DE-  
 ulchritudinis naturam qui indaga-  
 ratione perductum apparet, quid  
 uam formosum, tanquam Venere  
 e mereatur. Eloquentiæ Roma-  
 m omnibus numeris absolutam  
 ore quodam inter se conveniant.  
 nunc prætereo, & optimum dicen-  
 o judicandi autore amplexus, ad  
 lustrandam, affirmare non vereor:  
 um, quæ usquam reperiuntur, pul-  
 tantum in hanc imbecillitatem ca-  
 es omnium formas excellenter fû-  
 ullus enim locus existit, nullum  
 erum natura cernitur, nemo deni-  
 n non divinæ pulchritudinis velut  
 bundantia dimanent. Sane quod  
 quod in usum salutarem dispensari  
 one, bonitate, virtute, magnitudi-  
 e, ornamento, stabilitate, vi, copia,  
 petuitate rationis capaces animas  
 nde non proficiscitur, nisi a for-  
 ta est, vestigiis. (d) Vidit hoc  
 us venerabilis, religionis ordin-  
 cientiâ præditus, signis & mirac-  
 rivum paradisi, ambrosiam ai-  
 ullam pietatis vocare solitus st  
 verba Cantici נָא לַחַיִּים כְּתוּבִים  
 ulgata vertit, ita commentatr:  
 nimirum rectitudo operis, sicut ex pie-  
 liam intellige tanquam colorem in facie,  
 & augeat gratiam. Genas dicit, non ge-

nam, quia duo quadam in intentione, quam faciem anime esse diximus, necessaria requirun-  
 tur: res & causa, i. e. quod intendas & propter quid. Ex his sane duobus anime vel decor  
 vel deformitas iudicatur, ut v. g. anime, qua ambo ista recta atque pudica habuerit, illi  
 merito veraciterque dicatur: pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis. Quæ vero altero horum  
 caruerit, non poterit dici de ea, quod pulchra sint genæ ejus, sicut turturis, propter eam  
 que



ex  
ci  
ret  
fu  
dia  
fec  
ma  
ven  
infl  
in fo  
TU  
run  
effic  
ama  
næ  
fieri  
(c) A  
di m  
Tull  
puc  
cher  
dit, p  
pera  
cogi  
que  
radii  
res o  
se pa  
ne, fi  
lumi  
in ad  
mosi  
B. Ab  
conf  
lis cla  
maru  
Dan  
Pulchr  
cogita  
pulchri  
quod ha